



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Restitut. IX. quoad incerta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

sione libertatis, & sine venditione sui ipsius.  
nu. 88.

Item impotentia restituendi sine amis-  
fione famæ, etiam si fama sit modica, & res  
restituenda sit magni momenti, dummodò  
fama sit de bonis virtutum, & non de soler-  
tia, ingenio, scientia iurium, & aliis huius-  
modi. n. 91.

RESTITUTIO. IX.

Quoad incerta.

Bona incerta dicuntur quando creditor  
ignoratur, vel quantitas eorum post debitam in-  
quisitionem. n. 92.

Non est necesse, ut restitutio incertorum  
fiat per Episcopum, nec contrarium po-  
test Episcopus præcipere: Sed potest se inter-  
ponere in his casibus. I. quando debens re-  
stituere moritur sine hærede, & executore.  
II. Quando ille non vult restituere, & pro-  
ceditur in iudicio contra illum. III. Quan-  
do non rectè distribuit. IIII. Quando res  
possidentur ab eo qui est vel fuit usurarius  
manifestus. n. 92.

Pauper potest sua debita applicare sibi  
in partem vel in totum, maxime ex consilio  
confessarij. n. 93.

698 RESTITUTIO IX. ET X.

Incerta possunt restituī pauperibus.ca.16.  
n.29.Et nomine pauperis intelliguntur pa-  
peres , qui mendicant , aut egent necessarijs  
ad decentiam: itēm, Ecclesia, monasterium,  
Xenodochium,&c.pia opera.c.17.n.93.

Sufficit compositio quoad incerta. Sed  
procurans compositionem peccat. m. donec  
illā adipiscatur , si cūm possit non restituī  
pauperibus.n.93.

---

RESTITUTIO X.

*Quoad inuenta.*

I Nueniens aliquid notabile alienum, si filii  
retineat , vel cūm primū potest com-  
modē reddere, non restituit perdentī , si fili-  
lum cognoscit , vel non fecit diligentiam, ut  
cognoscat , peccat m. c. 17.n.170.

Inuenta, si post debitam diligentiam non  
compareat Dominus , restituenda sunt pau-  
peribus: & si inuentor est pauper , possunt ei  
applicari.n.17.1.

Accipere res communes, aues, feras,lapi-  
des pretiosos in littore maris , & thesauros,  
& habitum pro derelicto, non est peccatum.  
n.170.

Et ex coniecturis præsumitur aliquid esse  
dereli-